

1542. die 17. Xbris.

Sigismundus I. Rex Poloniae
Palatino Sandomiriensi, Podol:
liensi, Belsensi, et alijs.

157

Memores virtutis fidei meritorum
erga nos Sinceritatis tuae, ut esse illis
apud nos premia posita intelligeret,
Dedimus illi, et contulimus, ita, ut
ex literis, quas in cancellaria nostra
scribi jussimus, uberius cognoscat Pa:
latinatum, quod nostrum beneficium, quin
gratum illi sit futurum, non dubi:
tamus, atque una facturam illam con:
fidimus, quod etiam, ut faciat postu:
lamus, ut spem, quam de illa in po:
sterum concepimus, nos nequaquam fal:
lat, verum ita se gerat in hoc mune:
re, ut non modo praevitire nos pos:
sit Datis beneficii, verum etiam soli:
dam inde voluptatem capiamus
quod et digno, et bene de nobis
merendi dederimus. Cracoviae die
Decima septima mensis Decembris
Anno Domini millesimo Quingen:
tesimo quadragesimo secundo. ☉

☉

